tis videntibus et cū magna voce orans emisit
spm̄. Quod cū ppli audissent cū nimia celerita
te venerūt et auferentes corpus eius posuerūt
in sarcofago nouo. Et factū est dū aromati
bus condiret corpus eius et cū nimia diligētia
collocaret eū. venit quidā iuuenis sericis ve
stibus indutus quē sequebantur amplius quam centū
pueri oēs coronati et pulchri: quorum pulchri
tudinē oēs admirabantur. Quos nullus vider
at an̄ in ciuitate cathinensiū nec postea
eos aliquis vidit nec inuentus est aliquis qui dicet
hoc sciret. Hic ergo veniens intrauit ad locū
in quo condebatur et posuit ad caput eius
intra sarcofagū tabulā breuē ex marmo
re factā in qua scriptū erat. mentē sanctam spon
taneā honorē deo. et patrie liberationē
Posuit ergo hanc scripturā ut diximus intra
tumulū ad caput eius. et tam diu ibi stetit
quā diu cū oī diligentia clauderet. Clauso
ergo sepulchro abscessit. Et ut diximus sup
erius nec visus nec auditus est in regione illa
et in tota prouincia sicilorum. Unde suspicati sunt
oēs quod angelus dei fuisset. Et hanc scripturā
diuulgantes oēs qui viderūt siculos solli
citos reddiderūt. et tam iudei quā etiā gen
tiles vnā cū xpianis cōmunit̄ sūt ceperūt
venire et venerari sepulchrū eius. Tunc qui
dam quoque audiens hec arripuit iter vt iret cū
oī officio suo ad inuestigandas oēs facul
tates eius. et optineret oēs de parentela eius.
vt hoc facto dei iudiciū incurreret. Denique
dū transiret flumē per nauē duo equi fre
mitū inter se dantes calcesque iactantes
vnus eū morsibus vastauit. alius eū calcibus
voluēs deiecit in flumē symethū. et non est
inuentū corpus eius vsque in presentē diem. Unde
creuit timor et veneracio circa beatā agathen
et nullus vmquam molestus fuit generacioni eius
Ut autē illa scriptura quā angelus dn̄i posuit
firmaretur. post anni circulū et proximo die
natalis eius mons ethna eructauit ignē
diuinū et quasi fluuius currēs ita ignis ve
hemens saxa et terrā liquefaciens: venie
bat ad cathinensiū ciuitatē. Tunc paga
norū multitudo fugiens de monte cucurre
runt et venerūt ad sepulchrū sancte agathe
Et auferentes velū unde erat coopertū
sepulchrū eius: et statuerūt illud contra ignē
venientē. et ea hora stetit ignis diuinus
qui ceperat pridie kl' febr̄ et cessauit die no
narū earundem qui est dies sepulture eius.
vt comprobaret dn̄s nr̄ ihs xpus quod aperiedo

mortis et de incendio oronibus et meritis beatissime
martiris sue agathe liberauit populum suum
cui est honor et gloria et imperiū sempiternū
in saecula saeculorū Amen

Passio sancti Valentini martiris

Propheta loquitur ad deū secundū altitu
dinem tuā multiplicasti filios ho
minū. Ipsa multiplicacoē illi spe
cialiter ad deū ptinent qui vitam
suā vouerint creatori ita ut corpus et aīam
intentissime xpo faciant. Unde beatus vir inter
amnensis eps̄ sanctus valentinus bene viuēdo
meruit virtutibus adherere. Que virtutes
latentem hominē omniū mūdo credēciū
animes tradiderūt. Igitur cum athenenses
nobiles nati paulus efebus et apollonius
scolastici viri apud grecos latina studia
desiderassent. apud cratonē ciuē suū ora
torem vtriusque lingue in vrbe roma ho
spitabantur. huius et magisterio et hospicio
fouebantur. Factū est autē vt vnicus cratonis
filius cerimon noīe iuuenis scolasticus
sic incurreret egritudinē ut incuruatus
dorso caput habens inter genua rema
neret. Cumque oēs pene medici qui in vrbe
roma erant nulla ei possent racione suc
currere. extitit quidam fontegius tri
bunicius qui diceret ei istam passionē atciq
suo euenisse germano. et curatus esset
a quodā sancto valentino epo quē interamne
vrbis ciuis et hortatur transmittere ad eū.
Denique ipse puer ex quo curatus est non
illū deseruit dicens enim. Ibo et huius boni
tatis affectu me faciā esse constrictum.
Audiens hec craton misit ad illū nobiles
viros amicos suos qui illū rogarent ut
ad vrbem romā dignaretur venire. Quē
cū veniente craton hospicio recepisset.
ostendit ei filiū suū cerimonem. et cepit
petere eū ut sic germanum curauit
fontegii ita et isti succurreret. Cui sanctus
valentinus eps̄ dixit. Si tu vis curabitur.
Et craton dixit ad eū. Dimidiā parte
substancie mee tibi dare disposui si istū
ab hac infirmitate liberare potueris. Cui
sanctus valentinus respondit. Miror te magnum
prudentē non aduertisse quod dixi. Tu
si vis curabitur. Nā si credideris xpo meo
fides tua preciosa est deo magis quā tu.
Quid in rebus vilissimis et vanis vitam
tuā expendis. Credis effigies malignorum
hominū in ligno aut in quocumque
metallo expressas. aliquā diuinitatē
habere que merito hoc obtinuerit. Nūc
autē ut nō possint credi qui sordidissimis

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 118r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/118r)